



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrvm SS. Mennae, Hermogenis & Euphraphi: Ex eo quod est apud C. Baron. Paſi sunt anno Christi 307. Marcelli Papæ 4. sub Maximino Imperat. Alius est hic Mennas ab eo de quo suprà 3. Idus Nouemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

*al. Mene.* MARTYRIVM S.S. MENNAE, HER  
mogenis & Engraphi: Ex eo quod est apud C.  
*Vide Tom.* Baron. Passi sunt anno Christi 307. Martelli  
*3. Annal. C.* Pape 4 sub Maximino Imperat. Alius est hi  
Baron. Mennas ab eo de quo suprà 3. Idus Novemb.

*10. Decéb.* **C**VM Diocletianus & Maximianus fuit  
imperio abdicassent & Maxentius qui-  
dem ab eis Romæ, Constantinus autem  
Gallij, Maximinus verò Orienti Imperatores  
præfecti fuissent, ingens repente ab ipso Maxi-  
mino & sequa admodum tempestas in Christianos  
excitata fuit. Quo tempore illustris sacerdotis  
martyr Mennas ex Aegypti Præfecto Augu-  
sti, martyrium consecutus est. Hic patria Atho-  
niensis, Ordinis Senatorij, ob incredibilem  
quandam in rebus gerendis prudentiam arque-  
solertiam, domi fortisque spectatus, Impe-  
ratori intimus erat, & cum Christianum  
occulte ageret, ne id illi innotesceret, se-  
dulo studio procurauit. Accidit autem op-  
portunè sanè, ut cum causa Christiani reli-  
*Ab Impera-* gionis Alexandrini grauiter tumultuerantur,  
*tore alexan-* ad eos compescendos atque in officio conti-  
*driam mitti-* nendos, Augustali tunc Præfectura ab Impe-  
*tur ad com-* ratore auctus Alexandriam mitteretur: qui mi-  
*pescendos* ra quadam, qua pollebat in maximis negotijs  
*sumuntur.* obeundis, dexteritate & aptitudine Alexan-  
drinorum animos composuit; sibi verò eos ob-  
animi facilitatem, morumque præstantiam de-  
tinxit, indiesque magis magisque collatis offi-  
cijs obligauit: vsq; adeò ut nonnullos ex illis  
ad Christianam fidem capessendam induceret,  
editisq; quibusdam miraculis, certioribus ijs,

quæ olim à Vespasiano, vel Tyanæo ad conciliandos sibi Alexandrinorum animos fuissent clares, exibita, in quamplurimos Gentiles Christianitatem propagaret. Cum autem res eò perducia esset, ut iā in occulto amplius esse non posset, Maximinus literis Gentilium certior factus, ad ylciscendum facinus mittit Hermogenem Alexandriam, qui Menas succedat, inquit eum ut impium animadueitat. Erat Hermogenes & ipse Atheniensis; at licet Ethnicus, tamen, quæ secundum optimos mores est, vitam instituerat. Hic cùm venisset Alexandriam, Mennam nocturnum satellitio destitutum (est enim consuetudo in AEgypto, ut cùm proximè accedit nouus, qui ab Imperatore delectus est Augustalis Præfectus, ille prior confessim magistratum deponat) detrudit iussit in carcerem: cumque lequenti die pro tribunali sedens audiuit rationem reddentem Christianæ à se suscepit religionis: non quidem temere, sed mature admodum atque consultò; quippe qui antea post perscrutatas omnes Philosophorum Gentilium disciplinas, libros quoq; Christianæ religionis impensis legisset, & quæ in ijs essent, accuratiū disquisisset: cùm veritatis, quam in eis adinuenisset, præpotenti vi quada permotus atque captus nonnihil esset. Sic primo atque secundò auditus Mennas, etiam de Christiana fide à se suscepit parās defensione. Hermogenem in feacrius concitauit: qui primo (quod incomparabile tormenti genus habebatur) illius pedum plantas excoriari iussit; linguam præcidi: oculosque conuelli: sicque penè exanimem & extinctum reddi carceri.

Sed

*Hermogenes  
ab Imperatore  
ad Alexandriam mit-  
titur ut Men-  
nas m suppli-  
cio subdat.*

*Detruditur  
in carcerem  
Mennas.*

*Horrendè  
cruciatur S.  
Mennas.*

**Panites Her**  
mogenē tan-  
tæ crudelita-  
tis.

**Mennas di-**  
**uinitus fonda-**  
**tus.**

**Hermogenes**  
ex ethnico  
fit Christia-  
num.

**Baptizatur.**

**Imperator**  
ipse Alexan-  
driam venit  
& vtrumq;  
capitis dam-  
nat.

**Zugraphus**  
Mennæ mi-  
nister neca-  
tur.

Sed prudentior factus, nimiæ crudelitatis, qd  
in Mennam tantum vitum præter morem v-  
ercuisset, seipsum redarguit; atque adeo, vt  
chrymas angoris animi indices abundantia  
fuderit, & quem in carcere defunctum put-  
bat, honesto funere manè sepelire decreuerit.  
Sed præter spem accidit, vt cùm de asporta-  
do è carcere corpore militibus mandasset, qd  
viuere atque pristinæ naturæ officijs esse diu-  
nitus restitutum audiuerit, testesque milite  
de carceris fulgore corusco numinisque pre-  
sentia firmius affirmantes, & fidem Christi  
palam profitentes, atque in alios hæc admirau-  
da adeò diffamantes expauit: rēque altius con-  
templatus, Christi cœpit mirari potentiam  
eiusque diuinitatis, docente Menna, originem  
accuratius persecutari: diuinęque illi gratię la-  
mine affulgente de fide suscipienda consilium  
inijicit; quod & baptismate sacro suscepto per-  
fecit.

Sed delata hæc cùm essent per quandam se-  
natorem Rusticium Maximino: colapsamque  
penitus duorum Praefectorum opera Gentili-  
tiam superstitionem audiret, idem ipse eue-  
gio Alexandriam venit, Hermogenemque pri-  
mò in fidei confessione perstantem, manib-  
ac pedibus amputatis, direque admodum ver-  
beratum vñā cum Menna alijs tormentis ex-  
agitato capite truncari iussit. Sed & quidam Eg-  
raphus olim Mennæ minister, quod corā im-  
peratore magna constantia Christum confi-  
sus esset, ab eodē indignatione futente gla-  
co fossus occubuit. Sacrum verò corpus huma-  
Mennæ translatum est Constantinopolim: se-  
polit,

postmodum à Iustiniano Imperatore inclyta  
honoratum Basilica: Teste C. Baron. in Not.

VITA PLANE ADMIRANDA S. DA-  
nielis Styliæ: Ex ea quæ est fidelissimè con-  
scripta per Simeonem Metaphraſt. Obijt an-  
no à Partu Virginis 489. Felicis Papa 7. Ze-  
nonis Imperat. 16.

*Vide Tom.  
6. Annal. Co-  
Baron.*

**E**ST vicus in Mesopotamia, vrb̄i Samosa-  
torum vicinus Maratha nomine, qui Da-  
nielis Styliæ nativitate celebris eusit. *ii. Decem-  
Patria &  
paretes eius.*  
Pater ei fuit Eliu, mater verò Martha nomine:  
qui filium à teneris vnguiculis sanctioribus  
disciplinis imbuendum curarunt. Cum autem  
anorum esset duodecim tactus monasticæ vi-  
tae desiderio, relictis paréribus, spretisque de-  
dicacioris vitæ blandimentis, clām ad religio-  
nis asylium configuit: vbi cùm assiduo labore  
solidissima sanctioris vitæ fundamēta iecisset,  
animo maiora quotidiè certamina appetens, *Venit ad Sb-*  
*tandē summa. Præfecti sui voluntate sacrosan-*  
*mequem fly-*  
*cta loca lustraturus, Simeonem in colūna de-*  
*litem: cuius*  
*gentem, & fama sanctitatis toto orbe celeber-*  
*vita habetur*  
*timum, conuenit: cuius non modò exemplo, *Tom. 1. 5.**  
*Ianuar.*  
sed etiā prophetia (vроте qui diceret Danie-  
lem haud leuibus pro Christo laboribus exer-  
cendum) adeò ad simile vitæ genus exarsit, vt  
egrè se ab illo auelli pateretur.

Porrò ad monasterium reuersus paulò pòst. *Difficiliter*  
Præfecto è vita sublato ad regimen votis pre- *aucti potest*  
cibusque omnium vocatus fuit. At ille ho- *à Simeone.*  
norum scopulos remisque velisque, quod a- *in*  
junt, fugiens, clām omnibus, se indè proripuit, *de*  
*& Si-*